Adm: RR. DD. delegati Iudices, Vlē Varmien Caplum ad propositam aduersus se actionem, iustissima sua causa muni-mini confisum, dum respondere parat, cumprimis omnium Iuris be-neficia ac remedia, quibus pars conuenta gaudere solet, ac donata esse consueuit, vt supra reseruat. De illis quo potest, omni meliori modo, via stylo, ac ratione protestan. Postea ad libellum p-fati D. Actoris responden: excipiensq ait. In eo deducta, prout deducuntur, et relata, prout referuntur, se negare. Nam quod initio oblati libelli ponitur, Adm: RR. DD. Prælatis Cano-nicis ac Vli Caplo Varmien probè constare, quod Mag[cus] D. Stanis-laus Kostka Thesaurarius Terrarum Prussiæ, piè defuncto Illmo ac Rmo D. Andrea Bathoreo, olim Varmien Epo, cuius anima in benedictione sit, Quinque millia, Sexcentos flor Polon, concredi-derit ac mutuo dederit, id, vt scire ipsorum nihil intererat, ita inqui-rere etiam de illo nullatenus voluerunt; secundum id. Tua quod nihil refert, percontari desinas. De testamento etiam, quo Ills. D. Actor Alba Iulia condito, præfatam antecessori suo sum-mam p. defunctum Illm D. Carlem, tanquam mutuo ab ipso acceptã approbasse dicitur, nullam notitiam habet, et si quam haberet, exin-de tamen Ills. D. Actor, qua ratione iuuari in impetitione sua possit, non apparet. Et sic nec per hoc probat, quod Vlē Caplum ad requisitionem Ills. D. Thesaurarij defuncti dictam summam sol-uere tenebatur. Nam quod suppellectilem omnem commorati Illmi D. p. defuncti Carlis in Epatu Varmien repertam, & bona ipsius propria, quibuscunq nominibus ac titulis, vt libellus Ills Dni Acto-ris habet, relicta, et ad ipsum spectantia, in potestatem suam accepe-rit, occupauerit, et accepta distribuerit, Vlē Caplum Varmien mini-mè concedit. Damnorum etiam Interesse & Expensarum, quæ ad Duodecim millia ab Illri Dnō Actore æstimantur, nihil Vlē Capm

20

Var: agnoscit, cum ea omnia accessoria sint, & sine suo principali non subsistant, quod in ipsum principale paulò antè Illri D. Actori iustissimè negatum est; nec soleat uel possit de Jure Canonico taxatio damnorum, interesse et expensarum antè ipsius causæ principalis discussionem et decisionem proponi aut peti; nec partis hoc sit taxare, sed Judicis, Jur: et Stil vulgaris. Cum detrimento animæ p. defuncti Illmi D. Car^lis hanc à Vli Cap^lo suppellectilem, cum reliquis eiusdem bonis, magno D. Creditoris præiudicio illicitè & iniustè detentam esse, quod obijcitur, hoc sibi Vlē Cap^lum ad animum reuocat, saluamq sibi iniuriarum & calumniæ actionem reseruat, & reseruari petit, cum ab ipso Vli Collegio, integerrimo semp ac celeberrimo, non solum tantum malum, sed et suspitio cuiuslibet mali, omni clero cumprimis uitanda, quouis tempore procul abfuerit.

Inuentarium rerum ac rationis prouentuum ad Illm. D. Car^lem pertinentium, Vlē Cap^lum Varmien nec habuit vnquam, nec habere etiam tenebatur; cum nec Administrator uiuentis adhuc Cardinalis vnquam fuerit, nec eo etiam mortuo, ipsius hæres extiterit, nec pro hærede se gesserit. Et quantum Vlē Cap^lum potuit omnibus rationibus et modis hæreditatis prædictæ (si qua fuit) commercium subterfugerit; id tantum in ijs rebus omnibus præstiterit, quod Sac: Canonibus antiquis et nouis SS. Concilio Trident: Juribus et consuetudinibus huius Ecclæ Varmien compellentibus p̄stare tenebatur; adeo, quod per ipsum facilè licebat ac licuerat Illri ac Mag^co D. Thesaurario præfatam adire hæreditatem.

Sequestrationis fructuum Adm: RR. DD. Prælatorum Canonicorum & Vlis Cap^li in defectum solutionis intentata petitio, etiam inanis et superuacanea est: Cum vbi nullum sit debitum, ibi nulla est solutio, & vbi nulla obligatio, ibi nulla actio, et è contra. Et mirum valde est, quod id prætenditur, de quo non controuertitur.

Nam de hæreditate Cardinalibus, siue de solutione crediti ex ea agitur, igr hæreditas ipsa quæcunq illa est, & vbicunq extat, sequestrari fortasse deberet, non fructus & redditus Caplares: qui ex bonis nemini obligatis, sed piorum hominum libertate Ecclesiæ relictis, seruientibus DEO, & ipsius cultui proueniunt: Et hi quidem nullo Jure à quoquam exigi, multominus sequestrari possunt. Maiorem Eclia Varmien haberet causam bona Biessekiri ab Illmo D. Carle empta, repetendi, cum partim ex ipsismet redditibus Epatus, pecunia in illa sit illata, partim mutuo à locis pijs, orphanis, vz. Hospitalibus, Ecclesijs, Collegijs, Communitatibus etc. cum obligatione celerrimæ restitutionis conflata.

De summario processu, quòd pars in libello insinuare videtur, hunc de Jure; cum RR. DD. Vrá decernere non possit, absq speciali S. Sedis Aplicæ rescripto, non est quod respondeatur, cum nec forma Commissionis hoc habeat, et de Jure Canonico termini substantiales Judicij, formaq & Stylus Curiæ seruari debeat. Quibus ita, vt præmittitur, positis, Vlé Caplum, cum instituta aduersus se actionis, iusta nulla causa sit, nihil quod iure ab ipso exigi possit, petit se ab actione instituta absolui; & partem Actoream in damna et expensas condemnari etc. etc. Saluo Jure addendi, corrigendi & appellandi etc. etc.
minuendi

21